

Legatio ad Bogdan Wojwodam
Valachiae Joanni Ossolinski com-
missa 1504.

Sacra Maiestas Dominus meus gratio-
sissimus primum dolet mortuum esse
olim Stephanum Wojwodam, qui licet
non fuerit suae Maiestati et Regno a-
micus, fuit tamen in curru rei mili-
tans ac Belli Turcici expertus, sic
quoque Reipublice Christianae aliquan-
do futurus perutilis, cum tamen mor-
uus fuerit, si seum actum est, ut
sit cum potentissimis Imperatoribus
Orbis.

Consulendum restat, ut terra ista
conseruaretur ab occupatione Turci, qui
quantum cupiat habere illam, dubitat
nemo. Sciunt etiam homines, quantum
olim Stephanus viribus confidebat,
si confidendo ad pericula summa se
et haec Regna ponebat sua potentia
cum Turco confligendo, et castra Kili-
an et Belgrad amittendo.

Optat Majestas Sacra in simili
confidentia

402
confidentia tua Domine Bogdan Pala-
tine se et Terram istam perdat, Maiestas
enim Regia ex hoc tuam Dominationem
viribus suis confidere putat, quia post
mortem Genitoris sui tandem nihil Ma-
iestati Regie intimasti, quod si fecis-
ses, misisset diu Maiestas Regia ad te
et terram istam Consiliarios suos, qui
suo adventu fecissent tibi honorem
et exinde hosti ac cuilibet tibi rebel-
lanti terrorem et timorem.

Unde licet tu istud non feceris,
tamen Maiestas Regia timens, ne ista
terra et tua personas in aliquod veni-
ret periculum, me ad te avisandum
misit, libenter videret sua Maiestas
et totius Regni Consiliarij tuum bonum
et pacifium statum.

Commisit autem tibi referri id
quod senes Consiliarij sua Maiestati
referre consueverunt et rebus antiquis
gestis.

Quia post mortem Wojewodarum in
haec Terra communiter fieri consuevit dis-
sensio et Wojewodarum multiplicatio,
quondam

quondam etiam fiebat, quia communiter
adjuvantibus Regni Poloniae Regibus
Wojewode, et feliciter dominabantur
isti Terre, et pacifice retinebant o-
mnia, que possidebant.

Quod etiam in olim Stephano Wo-
jewoda genitore tuo non solum Regni Po-
lonie, sed etiam istius Terre senes con-
siliarii probatum sciunt tunc cum Dis
Kilie et Biatorum erant, quando non
confidebat suis viribus, sed mentiebat
Turco timorem per Potentiam et ad-
herentiam Polonorum non extendebat
Turcus suam in eum Potentiam, tunc
istud fiebat illo felici tempore, quo
et ipse Stephanus, et sui Predecessores
Debitum Regno Poloniae facie-
bant honorem, et feliciter isti Terre
imperabant, Polonorum plus, quam
suis confidentes et per adherentiam
Polonorum timorem hosti inferentes,
que felicitas et istius rei veritas cla-
ret etiam hoc, quia tunc, cum Turcus
olim Wojewode Bellum infererat, in
quibuscumque partibus Poloni fuerent,

illas

J


illa intacta remanserunt, immo tunc
ad nullum ventum fuisset periculum
pro Castris Lidia et Biatogrod, si old
Stephanus Casimiro Regi debitum fe-
cisset honorem, sed cum illum facere
differeret suis confidens viribus Tur-
cis, non distulit suam implere volun-
tatem.

Optremo, quod nobis testibus factum
est, quando Wojewoda fecit, quod de-
buit, scitis ex hac terra Turcos viribus
Polonorum aut pulsos, aut metu veni-
entium Polonorum fugatos, tunc pre-
sentim, cum gloriosissimi Adolescentes
Reginuli olim Albertus et modernus
Serenissimus Dominus noster in personis
eorum presidium fecerant tuo olim
Genitori.

Post eas antiquarum rerum rela-
tiones id quod convenit tempori dictu-
rus sum, licet enim Wojewoda Maie-
statem Regiam provocaret in se ter-
ras ei occupando et alia faciendo
malas, que nec voluit nec debuit
Maiestas Regia patienter ferre;

Amen


tamen quia Domini Palatini et Barones Regni Poloniae Consiliani et veterum memores gestorum, et ad terram istam in fauce Turci sitam respectum habentes semper conati sunt Maiestatem Regiam ducere ad bonam partem et amicitiam cum ista Terra habendam, ne vel Turco vel viunioni Moldavo data fuisset occasio Terram istam invadendi, unde licet occasiorem habuerint, prout provocata fuit, et commoditatem ipsam cognovit sibi optimam ad satisfaciendum suae super hac Terra voluntati, justè tamen; quia suae Maiestatis non alia est voluntas, quam illa, ut detur occasio Paganis et aliis Hostibus isti terrae vicinis eam ipsam terram invadendi et occupandi. Idcirco Maiestas Sacra me misit ut sibi referrem et efficerem, quia sua Maiestas salva sua et Regni sui justitia libens videret, ut tu Dominus isti Terrae feliciter et pacificè, et haec ipsa Terra gaudeat pacè. Qua in re quidquid

Maiestas


Maiestas Regia cum Consiliariis suis
efficere posset, offert se benevolum, et
propterea id quod verum est, fatebor,
si unquam potentia et amicitia Re-
gis Polonie preteritis antiquis tempo-
ribus quondam utilis erat isti Terre
nunc cum Serenissimi Domini nostri
Hungarie et Polonie Reges, qui se
invicem diligunt fratres existentes
germani quatuor Hungarie, Bohemie,
Polonie et Lithvanie Regna, ami-
citasque Principum Generorum, al-
manorum habentes multo plus prodesse
possunt pacificandos et defendendos
isti terre.

Tua Dominatio scit, sciunt etiam
Domini Valachie Consiliarij, quot fue-
runt Wojewodatus habere gestientes,
sciunt, an fuerint nec ne in locis
aliis commoditatem observatis nocendi
et tue persone et isti terre.

Inferiores indigene quid cupiant,
tua Dominatio scit Domino meo gre-
tiosissimo non aequè bene constat de
istis



istis rebus; tamen uti dixerim et Ma-
 jestas Regia et Consiliarij Serenitatis sue
 libenter viderent bonum et pacificum
 Statum tuum et terras hujus. Etsi
 quid ego isto hoc adventu meo efficere
 possem nomine Maiestatis Regie et
 Consiliariorum suorum dicere et conferre
 mecum velit.

Hic si res aggere possibilis esse
 videbitur, dicendum erit secretius; quia
 habent Credentiam ad inferiores Valachie
 Terras.

Cum Consiliariis presentibus mu-
 tatis mutandis dicetis eandem Legatio-
 nem.

In Terra inferiori dicetis.

Majestas Regia multis malis Regno
 suo ex Parte Valachie illorum provoca-
 ta aliud factura esset sub commoditate
 moderna, quia facere dignatur, attamen
 quam Maiestas sua nollet sibi Regno
 suo bene facere cum istius Terre peri-
 culo, periculum autem proximius non
 fuerit, quam, dum in hac scissione
 fueritis, vos inquam qui Turcis et
 moldavis

Moldavia in conviciis, quo periculo vobis
secuto sequenter immediate totius Terrae
Valachiae periculum. Quapropter Maiestas
Sua vos veluti bonos Christianos et ho-
mines hortatur, redeatis ad corporis uni-
tatem, approbetis Deum unum et justum
heredem vobis cui Altas Regia cum Seve-
rissimis fratribus et amicis suis assi-
set, eumque defendet, qui feliciter hanc
terram possideat, et vobis iuste imperet,
quodq; hostes vicini nullam habeant occa-
sionem suspicionis vobis vos invadendi, et a
corpore rescindendi. Scio quod sine tempo-
ris successu delectationem vram nominisque
vri extinctionem afferet, si Maiestas Re-
gia et suae Sanctae Consiliae non libenter
istud viderint, qua ratione huc missum
me et in istas Terras scito ut si quid esset,
quod ego nomine Altas Regiae et isto hoc
adventu meo ad Pacificum istar Terrarum statum
efficiere possem, commodarem me necessitati
iuste. Conferetis itaque mecum de hac, mteq;
Regiae et Cons: respondebitis, et sua directis
voluntatem. Velle Altas Regiae suum et
Regni sui Consilium et auxilium illi commo-
dare Consiliis et auxiliis adhibitis Sermonem
primum Dni Hungariae Regis fuis tandem
alios Ducum Almaniae Generum et amicorum suorum.

